



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 2. Obsidio Nisibitane. S. Jacobus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. rum Ducibus lautissimum convivium ad  
A. C. 350. natalem filii sui diem instruxerat, Imperatore Constante interim venatu indigente. Hæc agebantur decimo quinto Calendas Februarii sub Consulatu Sergii, Idac. fast. & Nigriani, id est, decima octava Januarii, anno JESu Christi 350. in multum Magnentius noctis commessatio processerat, cum Imperator. Magnentius, quasi urgente corporis necessitate, triclinio excessit, mox rediens Imperiali indutus purpura, ab omnibus Augustus salutatur. Hæc ubi Constanti nuntiata, ad Pyrenæos fugam dirigit, quem, jubente Magnentio, Gaïson Eloronæ assecutus, vita privat, cum regnasset ab obitu Patris sui Constantini Magni annis tredecim, & annis ferme viginti non Vetranio nem vixisset. Hoc nuntio ad Vetranius Imperator. nem, in Pannonia militibus imperantem, perlato, prima Martii Sirmii Augustum Nepotianus se dici jubet. Nepotianus, ex Eutropia Imperator. Magni Constantini Sorore genitus, ter tertia Junii Romæ Purpuram assumit, natum jure sibi debitam, cui autem, præter insolentem gladiatorum catervam, obediebat nemo. Tres isti Anticaesares Religione Christiani erant.

## §. II.

*Obsidio Nisibitana. S. Jacobus.*  
**C**onstantius Imperator tunc Edessæ erat,

erat, bellum in Persas gerens, at com-Sæculum IV.  
pertus Magnentii seditione, copias ver- A. C. 350.  
sus Occidentem ducere cœpit. Sapor Philost. III.  
Rex Perſarum, tempore opportuno uten- b. 22. Jul.  
dum ratus, Nisibin Mesopotamiæ urbem, orat. I. Pagi  
fortissimum in his finibus Imperii muni- 350. n. 5.  
mentum, secundo obsidet. Instructissi- Theod. II.  
mum peditum, equitumque habebat Philoth. c. I.  
exercitum, Elephanti quoque vires au- Philostorg.  
gebant. Quatuor menses in hac obsidio- III. c. 23.  
ne consumpti. Urbs vallo circumdata Chr. Pasch.  
est, erectæ turre, machinæ omnes, qua- an. 350.  
rum illa tempestate in obsidens urbi-  
bus usus erat, adhibitæ, sed irrito conatu.  
Tandem post septuaginta dierum laborem  
Sapor Mydonis fluvii, qui urbem inter-  
fluebat, cursum, haud modico, ante-  
quam mænia subeat, intervallo, elevato  
aggere inhibet, quem deinde, ubi ejus  
altitudinem fluctus æquarunt, perfodi  
jussit; tum vero aquæ, collecto impetu  
inslientes, diruto mœnium latere, la-  
tissimum aditum aperuere; magnis cla-  
moribus Persæ lætitiam testabantur, ag-  
gressionem tamen in alteram diem distu-  
lerunt, quia necdum inundantes aquæ ac-  
cessum permittebant. Sequenti luce op-  
pugnationem parantes ingens stupor in-  
vasit, cum post primi ruinam murum no-  
vum editum cernerent. Nempe S. Ja-  
cobus hujus urbis Episcopus, virtute, &  
miraculis celeberrimus, præsidiariis, & ci- Sup. l. XI.  
§. 2.

M m 4 vibus

Sæculum IV. vibus animum indiderat, ut quam prom.  
A. C. 350. ptissime opus perficerent, ipse interea in  
Ecclesia orationi intentus.

Ipse Rex Sapor proprius accedens, hominem regio vestitu, in muro stantem, conspicere credebatur, cuius Purpura, & Diadema mirum fulgorem, spargebat hunc ergo Romanorum Imperatorem esse nullatenus dubitans, mortis poenam illis minitabatur, qui ipsum Nisibi abesse referentes, mendacio sibi illusissent, at, suis iterato affirmantibus, Constantium hoc temporis existere Antiochiæ, intellectum demum, quid sibi visio vellet, & Deum pro Romanis pugnare; tunc ira in rabiem versa, pilum, quod manibus tenet, quasi injuriam vindicaturus, in caelum excussit; hoc viso Ephrem Diaconus, & S. Jacobi Discipulus Magistrum rogabat, ut murum concenderet, Persas aliceret, & malediceret; S. Episcopus in turrim evadit, & conspecta infinita multitudine, nihil mali imprecatus est, nisi quod Dominum rogareret, ut immensam suam potentiam per pusillas animantes ostenderet, & culices immitteret; dixit; simul densæ muscarum nubes in hostes irruunt, elephantorum proboscidem involant, equorum, aliorumque animalium nares penetrant; haec vero in furem agi, frœna disrumpere, & strata, turbare ordines, qua data vita profugere. Sa-

s. JUDI  
por D  
obsid  
gius  
plus  
jus n  
Vir  
Con  
Cæs  
stant  
man  
tron  
mœ  
cobi  
riac  
rum  
mon  
rab  
cur  
rio  
fer  
S.  
con  
sto  
mi  
It  
di  
ti

por Dei manum agnoscere coactus, soluta Sæculum IV.  
 obsidione, indecora recessit. Philostor. A. C. 350.  
 gius Arianus, quem, S. Jacobo Nisbitano  
 plus justo favisce, nemo suspicabitur, hu- Gennad. Ca-  
 jus miraculi testem in sua historia agit. talog. n. I.  
 Vir Sanctus haud diu post, Imperante  
 Constantio, ex humanis abiit, jubente  
 Cæsare in urbe Nisibi, ut jam ante Con-  
 stantinus Pater ejus præceperat, terræ  
 mandatus, ut ejusdem civitatis esset Pa-  
 tronus, quippe alias quemquam intra  
 mœnia civitatis sepelire nefas erat. S. Ja-  
 cobus magnum librorum numerum Sy-  
 riace, nempe patria sua lingua, scripto-  
 rum post se reliquit, maximam partem  
 moralium. Viginti sex omnino nume-  
 rabantur volumina. Inter alia Chroni-  
 cum visebatur, quod quidem non ita cu-  
 riositati legentium, sicut illud Græcorum,  
 serviebat, at soliditate præstabat; hoc  
 S. Scripturæ textibus constabat, & eos  
 confundebat, qui frivole de Anti-Chri-  
 sto philosophari amant, & de ultimo Do-  
 mini nostri adventu disputare.

### §. III.

#### *Vetranionis Depositio.*

Imperator Constantius omnibus, quæ ad *Theod. III.*  
 defensionem urbium Syriæ spectabant, c. 3.  
 dispositis, ante initium mensis Junii An-  
 tiochia profectus, in Magnentium movit.

M m 5                    Ubi